



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 43. Calvinistæ ad seditionis suæ obtentum Tridentini Concilii
promulgatione utentes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](#)

Sæcul XVI
A.C. 1565.

crius jam antea variis ex cauſſis exacerbatι erant; quippe ægre ferebant, quod quatuordecim urbes, quæ antiquioribus quatuor Episcopatibus unirentur, designatæ eſſent; plebs enim ſibi perſuadebat, quod tunc, ſi quatuordecim hi Episcopatus quatuor antiquioribus ſedibus unirentur, exinde Status Ecclesiastici numerus contra Provinciarum privilegia augeretur, no- vique hæreticæ pravitatis Inquisitores instituerentur, proin Belgæ tribunali iſpis antehac haud cognito ſubjiceren- tur. Infuper illos Hispani militis, quem Philippus II. præſidiarium illinc decre- verat, inſolentia offenderaſt.

§. XLIII.

Calvinistæ ad ſeditionis ſuæ obte- tum Tridentini Concilii promul- gatione utentes.

Strada 14. Præterea ex eo, quod Tridentini Con-
ad ann. 1564. cilii decreta ibidem fuiffent pro-

mulgata, Belgarum ſeditio recruduit, quippe Philippus datis ad Gubernatri- cem literis præcipiebat, ut hæc decre- ta acceptari, eaque executioni dari toto studio adlaboraret, nec quacun- que ex cauſſa hac in re de ſuo fervore quicquam remitteret: equidem illa de- ſuper plures Prælatos, celebresque Do-
ctores

ctores in consilium vocabat, qui ei-
dem exponebant, hoc Concilium, cum Sæcul. XVI.
A.C. 1565.
quosdam articulos contra Principum
jura, & Provinciarum privilegia con-
tineret, (*) in Belgio omnino promul-
gandum non esse, nisi hi articuli exci-
perentur, eapropter illa Regi cuncta
perscripsit, qui tamen hanc agendi ra-
tionem minime approbans ita respon-
dit: „præcipio, ut hoc Concilium abs-
„que ulla exceptione recipiatur, prout
„in Hispania factum. „ Gubernatrix
ecquidem Regis jussa exequi unice in-
tenta erat: verum qua majori severita-
te rem urgebat, eo difficilius pecunias
colligere poterat, necnon Religionem
Catholicam tuendi difficultates indies-
magis crescebant, porro hæ res illam
timore replebant, ac consilii, quod ca-
peret, ignara Egmontium Comitem
ineunte hoc anno Domini millesimo
quingentesimo sexagesimo quinto in Hi-
spaniam

(*) Hanc caussam fuisse allatam non Stra-
da, sed Continuator solus recenset, qui al-
terius etiam Nationis exemplo suæ gentis
Viros excusare nititur, quod Synodi decreta
ferme soli acceptare tenuissent ex eodem præ-
textu: observes autem, hanc exceptionem in
Belgio a solis hæreticis, eorumque fautoribus
fuisse factam.

Sæcul. XVI. spaniam ablegat, ut per eum de Regis
A.C. 1565. voluntate certior fieret.

§. XLIV.

*Hispaniae Regis mandata per Eg-
montium Comitem ad Guberna-
tricem deferenda.*

Strada l. c. Philippus hunc Comitem benigne ex-
cipiens saepius cum eo conferebat,
atque eidem in Belgum remisso ampla-
dedit mandata, quorum summa haec
erat: „cum incredibili animi mei do-
lore percepi novos haereticorum pro-
gressus, quapropter universo Orbi te-
statum reddere decrevi, quod ne mini-
mam quidem Religionis mutationem
in ditionibus meis tolerare velim, et si
millenas subire mortes oporteret:
„quapropter mando, ac præcipio, ut
„Gubernatrix privatum convocet Se-
natum, ad quem quosdam Episcopos,
„& præcipue Rithovium Yprensem An-
tistitem, nonnullos Theologos, atque
„ex suis Consiliariis Religionis studio
„magis accensos accerseat quæsita de
„Tridentino Concilio conferendi occa-
sione, re tamen ipsa id fiat, ut ex il-
lorum sententiis percipere valeat, quæ
nam remedia magis opportuna essent,
„ut populi in avita Religione conser-
ventur, atque infantes in scholis jux-
ta